

(quod scilicet cepisset Iehosua Hai & cœperisset eam, quæ admodum fecerat Iericho & regi eius sic fecisset Hai & regi eius, & quod pœcili fecissent habitatores Ghibbon cū Israel & essent in medio coru) timuit valde. Ciuitas enim magna erat Ghibbon & una de regalibus ciuitatibus: & maior Hai & omnes viri eius fortes. Misitq; Adonis dec rex Ierusalaim ad Hohan regem Chebron, & ad Pirā regem Iarmuth & ad Iaphiah regē Lachis, & ad Debir regē Hebron, dicebat: ascēdite ad me & auxiliamini mihi, & percutiemus Ghibbon, quia pacem fecit cum Iehosua & cum filiis Israel. Congregati igitur ascenderunt quinq; reges Emoriorū (rex Ierusalem, rex Chebron, rex Iarmuth, rex Lachis, rex Hebron) simul cum exercitibus suis: & castrametati sunt contra Ghibbon oppugnantes eam. Viri autem Ghibbon miserunt ad Iehosuam qui tunc morabatur in castris apud Ghilgal, dicendo ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascende cito & libera nos, feri q; praesidium, quia congregati sunt contra nos omnes reges Emoriorum habitantes in monte.

**A**scenditque Iehosua de Ghilgal, ipsa & omnis populus bellum cum eo & omnes potentes viribus. Eexit autem dominus ad Iehosuam ne timeas eos: in manus tuas traxi illos, nec stabit quisquam ex eis in conspectu tuo. Irruit itaque Iehosua super eos repente, tota nocte ascendens de Ghilgal. Magna ratio vincendi, in celeritate aggressionis improuisa ab hostibus constituta est: & forte nunquam fecellit vtentes ea. Et conturbauit. Iuxta Hebreum habetur. Et attonitos reddidit eos dominus à facie Israel. Iunge has duas causas secundas (celeritatem improuisam & hostes attonitos) ad præsentiam Israël: & facile perpendes diuinum opus per causas secundas impleri. contrariaque eos plaga magna in Ghibbon: & persecutus est eos per viam ascensus Bethchoron, & percutiit eos usque ad Hazecan & Maccadam. Hinc apparet quod ibidem obsidentes Ghabaon, primam stragam acceperunt & in fugam versi sunt. Cinq; fugient filios Israel & essent in descensu Bethchoron, dominus misit super eos lapides magnos de celo usque ad Hazecan. Ut inferius exponitur, non lapides, sed grádines tanquam lapides magni fuerunt. plures fuerunt qui mortui sunt lapidis grandinis quam quos interfecerunt filii Israel gladio.

Tunc locutus est Iehosua domino in die qua tradidit dominus E-morem in conspectu filiorum Israel: dixitque coram eis, sol contra Ghabaon ne moneari & Luna contra vallem Hailon. Iuxta Hebreum habetur. sol in Ghibbon expecta & Luna in valle Aialon,

quam

quam enim corruptè dicimus Ghabaon, Hebraicè vocant Ghibbon. Iunge prudens lector, duo h̄c scripta: videlicet quod tunc locutus est Iosua domino fonti effendi, & quod direxit sermonem ad Solem & Lunam: ut perpendas quod primum eleuavit mentem in Deū supplicando pro integra victoria, & quod Deus inspirauit illi ut indicaret Soli ac Lunæ moram. Et dicendo expecta, insinuat q; occidebat Sol: nisi enim occasum solis imminentem vidisset nō dixisset Soli expecta. Stereavintque Sol & Luna donec vlcisceretur se gen: de inimicis suis. Maximum omnium miraculorum usque ad tempus illud fuit hoc. Nōnne scriptum est hoc in libro historiorum? Iuxta Hebreum habetur. Super librum Iasar. hoc est rectum. Quis autem fuerit iste liber scriptus, ignorū est nobis. nullus enim inuenitur authenticus, liber in quo hoc scriptum sit; sed multos perditos esse libros sacros, perspicuum est ex iactura librorum multorum prophetarum. sc̄itque Sol in medio cali. hoc est in Hemisphærio nostro. Hemisphæriū enim dimidium cœli significat, & non solum. agit occubere spatio unius dīci. Fuit ergo dies ille artificialis duplus secundum tempus ad diem unum artificiale secundum cursum naturæ tunc. & quale siquidem fuit tempus expectationis temporis motus solis unus dies tunc, tempore proculdubio æstiuo aut circa finem veris: quoniam modicum temporis intercessit à transitu Iordanis usque ad hanc victoriam: ut patet conferendo gesta. Non fuit ante & postea tam longa dies. Dicendo non fuit, manifestat se loqui de præterito tempore: hoc est quod nec ante diem illius victoriae, nec post illum diem usque ad tempus quo scriptus est liber iste nō fuit sicut dies ipse, sic enim habet Hebreæ litera: quāuis interpres bene exponendo dixerit tam longa dies, obedienti domino voci hominis & pugnante pro Israël. Iuxta Hebreum habetur, audiente Iehouah in voce viri quia Iehouah pugnat pro Israël. Ratio obsequii diuinī operis in sole redditur, quia summus Deus erat tanquam bellator pro Israël. Quasi diceretur: par fuit ut Deus audiret facta vocem Iosuæ, qui ipse erat ille qui pugnabat in viribus & manibus Israëlitarum, quia prælium Israëlitarū erat primum ipsius Dei.

Reuersusq; est Iehosua & omnis Israël cum eo ad castra in Ghilgal. Reuersio ista scribitur h̄c, quāuis fuerit secundum historiam completa post aliqua gesta subiuncta: ad significandum

C iiiii quod

quod incepit reuerti post completum illum longum diem. Ita quod sensus est quod completo illo lôgo die reuersus est Iosua cù omni Israële bellatore secum existente in Ghilgal, vbi erant mulieres, paruuli, têtoria, armenta &c. reuersus inquam, non cù summâtè, sed inchoatiuè, incepert enim reuerti tûc versus Ghilgal, quâuis nô tûc peruererint ad Ghilgal occupati circa Maccadam & alias ciuitates capiendas. Fungenturque quinque reges isti, & abscondentur se in spelunca in Maccada. Et nūciatum est Iehosua quod inueni ent quinque reges absconditi in spelunca in Maccada. Qui dixit socius. Nulla fit in Hebræo mentio sociorum, volvitur faxa ingentia ad os speluncæ; & ponite viros qui clausos custodiani. Vos autem ne stetis, sed perfugimini hostes & extremos quoisque fugietium cadite. Hinc patet quod in illo die longo fuit hoc gestum durante a' huc fuga hostium, non sinatis eos intrare ciuitates suas, quia tradidit eos dominus in manus vestras. Cesis ergo aduersariis plaga magna & usque ad interacionem penè consumptis, q' qui Israël effugire potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas.

Rueversusq' est omnis populus ad Iehosuam in Maccada vbi tunc erant castra. Perpende hinc quod Iosua prius venit ad territorium Maccadæ cù multitudine militiæ: & quia ibidè substitut expectando alios qui lôgius persecuti sunt hostes, ideo scribitur quod reuersi sunt ad castra ad Iosuam in Maccada, sancti & integro numero. Expositio estnâ Hebraicè habetur. in pace. Hebræi siquidem pacis nomine salutem appellare cōsueverunt. Et ratio pacifici regressus subiungitur dicendo. nullus cōtra filios Israël mutare ausus est: cīcūntantes siquidem ciuitates narrantur cōtinuisse suos intra se, & non exisse cōtra Israelitas milites regidentes. Dixitque Iehosua: aperite os speluncæ, & adducite ad me quinque reges illos qui in ea latitant. Rem hanc fuisse gestâ altero die testatur subiuncta litera, narrâs reges hos fuisse suspensi usque ad vesperâ, & cù occubuit sol fuisse depositos de lignis. dies enim ille lôgius occupatus fuit persequendo hostes, & alio die fuerunt mane suspensi reges isti. & propterea dicitur q' mäserunt suspensi usque ad vesperâ. Feceruntq' ita, & adduxerunt ad eñ quinq' reges de speluncâ: reg' Ierusalaim reg' Chebron, reg' Larmuth, regem Lachis, regem Heglon. Cù i' adducti essent ad eñ, vocauit eis viros Israël & ait ad principes exercitus qui cù eo erât: ite & ponite pedes vestros super colla regum istorū: qui accesserunt & posuerunt pedes suos super colla eorū. Dixeratq'

nd

ad eos Iehosua ne timeatis & ne frâgaminis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet dominus cùtis hostibus vestris cōtra quos pugnatis. Et post hoc percussit eos Iehosua & interfecit ipsos, atque suspendit super quinque stipes: fucruntq' suspensi usque ad vesperum. Cumq' occubueret sol precepit Iehosua & deposuerunt eos de lignis, & proiecerunt eos in speluncâ in qua se absconderant: & posuerunt super os speluncâ saxa ingentia que permanent usque in præsens.

Odem die Maccadam quoque cepit Iehosua. Non est sensus q' illomet die quo gesta sunt hæc predicta: sed est sensus quod uno die non dueris diebus cepit Iosua ciuitatē Maccadam, explicatur enim q' uno solo die fuit occupatus ad cāpiendū Maccadam. Vnde & Hebraicè habetur. Et Maccadam cepit Iehosua in die ipso. Eadémque verba repetuntur inferius in expugnatione Heglon: vbi vulgata quoque editio habet eadem die. secundū nanque historiæ veritatem expugnatione Maccadæ fuit post illū longum diē & post suspēclos reges. & percussit eam in ore gladij usque illius interfecit & omnes habitatores eius, non dimisit in ea sicutem parvas reliquias; fecitque regi Maccadæ sicut fecerat regi Iericho. Transiit autem Iehosua cum omni Israël de Maccada in Libnam, & pugnauit cum Libna. Tradiditque dominus eam in manus Israël & regem eius: percussitque eam in ore gladij & omnes habitatores eius, non dimisit in ea villas reliquias: & fecit regi eius sicut fecerat regi Iericho. De Libna autem transiit Iehosua cum omni Israël in Lachis: & exercitu per gyrum disposito oppugnauit eā. T' radiditq' dominus Lachis in manus filiorum Israël: & cepit eā die altero. hoc est die secunda: vt clare explicatur in Hebreo. Et est fermo de secunda die ab initio oppugnationis ciuitatis Lachis. Ratio autē quare secundus adiunctus est dies, subiungitur quia rex Ghezer venit in auxiliu Lachis, & percussit eā in ore gladij & omnem animam quae erat in ea, iuxta omnia que fecerat Libna. Tūc ascedit Horam rex Ghezer ut auxiliaretur Lachis: & percussit cum Iehosua & populum eius usque ad interacionem. Transiitque Iehosua & omnis Israël cum eo de Lachis in Heglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die. hoc est in unico die, vt prius declaravimus. percussitque eam in ore gladij & omnes animas quae erant in ea: iuxta omnia que fecerat Lachis. Ascedit quoq' cù omni Israël de Heglon in Chebron. Intellige de omni Israël bellatore, non enim uniuersus populus qui erat in Ghagal, sed uniuersi bellatores cum Iosua ascenderunt de Heglon in Chebron.

## IEHOSVAE

& pugnauit contra eā. Et cepit ac percusit eā in ore gladiū & regem eius. Hinc apparet q̄ nouus rex successerat in Chebrō:nā regem Chebron suspenderat cū quatuor aliis regibus Iosua. & illū quidem suspenderat: successorē autē eius gladio occidit, vt hīc dicitur. & omnia oppida regionis illius. Parui refert quōd Hebraicē legitur. & omnes ciuitates eius. Sed hīc patet quōd nō vrbs aliqua sed omnes vrbes Chebron subactae fuerunt à Iosua occisis vniuersis hominibus earum. Quæstio autem quæ ex cap. 14. & 15. libri huius, & ex i. cap. Iudi. mouetur cīca hāc historiā. Iudi. primo soluetur. Sat sit hic nosse, rem ge-  
stā narrari hīc summariè, ibi verò modum quo res gesta est.  
& omnem animā quæ erat in ea. nō reliquit in ea ullam reliquias. si-  
cū fecerat Heglon, sic fecit & Chebron, cuncta quæ in ea reperit co-  
sumens gladio. Et reuersus est Iehosua & omnis Israēl cū eo in De-  
bir, & pugnauit cōtra eam. Situs terrarum manifestatur per re-  
uersiōnem. Cepitq; eam & regem eius & omnes ciuitates eius, &  
percusserunt eos in ore gladiū & interfecerūt omnem animā quæ erat  
in ea, non remansit superrestis: sicut f. rat Chebron & Libna ac re-  
gibus earum, sic fecit Debir & regi eius.

Percusit itaque Iehosua omnem terram montanam & meridi-  
nam ac campestrem & Asedob & omnes reges eorum: nō dimisit ul-  
las reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit. Gaudet in-  
terpres copia vocabulorū, nam Hebraicē habetur. & omnem  
animam interfecit. Et ne intelligeres etiam animalia bruta in-  
terfecta, subiungitur, sicut præcepserat lehouah Elohe Israēl, qui  
homines tantum præceperat occidi. Et percusit eos Iehosua à  
Cades Barneah usq; ad Hazam. hoc est à territorio olim cades  
barneah &c., est enim territorium illud ultra Iordanem, nam  
ibi fuerunt filii Israēl cum Mose. & omnem terram Ghosen usq;  
ad Ghibbon. Et omnes reges istos & terram eorum cepit Ieho-  
sua vice una. Vniuersus iste progressus præliorū haec tenus  
recitatorum pro una vice suppūtatur, quia dominus Deus Is-  
rael pugnabat pro Israēl. Et reuersus est Iehosua & omnis Israēl cū  
eo ad castra in Ghilgal. Cōsummatio reuersiōnē scribitur, his  
enim gestis reuersus est sic q̄ peruenit ad Ghilgal vbi erat  
populus cū mulieribus & paruulis. C A P. XI.

Ve cum audisset Iabin rex Chazor, misit ad lobab regem

Q Malon ad regem Simron & ad regem Achsaph. & ad re-  
ges qui erant ab aquiloni in monte & in planicie ad me-  
ridiem Chinneroth & in campestribus & in Napheoth det ab occi-  
dente,

## CAPVT X.

22

dente. Chenahaneum ab Oriente & Occidente, & Emoraum &  
Hishcum & Perizcum Iebuseum in monte: & Chiueum sub Cher-  
mon in terra Mispe. Egressi sunt ipsi & omnia castra eorum cū eis,  
populus multus sicut arcna quæ est in littore mari: & equi ac cur-  
ru multi valde. Conueneruntq; omnes reges isti in unum ad aquas  
Merom ut pugnarent contra Israēl. Dixitq; dominus ad Iehosuam,  
ne timeas eos: cras enim eadem hora ego tradam omnes istos vulne-  
randos in conspectu Israēl. Iuxta hebræum habetur, omnes ipsos  
occisos coram Israēl. Intellige sermonem Dei humano more.  
principes enim promittentes sibi victoriam certam vtuntur  
tali loquēdi modo, cras dabo omnes istos hostes interfectos  
ad significandum plenitudinem victoriae, & non ad significan-  
dum quod reuera omnes illi occidentur. multi enim sal-  
uati sunt fugiendo, equos corum subnervabis & currus eorū com-  
bures igne.

V Eniūq; Iehosua & omnis populus bellū cum eo contra eos ad  
aquas Merom subiit & irruerunt in eos. Ecce prouidentia  
Iosue repentina ac improuia aggressiōe irrueunt super hostes.  
Tradiditq; eos dominus in manus Israēl, & percusserunt eos & per-  
secuti sunt ipsos usque ad Xidon magnam & usque ad Misrephot  
aquerarum & usque ad campum Mispe ad orientem: & percusit eos  
ita ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; eis Iehosua sicut di-  
xerat ei dominus: equos eorū subnervauit & currus eorū combusserit  
igni. Reuersusq; est Iehosua statim & cepit Chazor, & regē eius  
percusit gladio: Chazor enim antea fuit caput omnium regnum  
istorum. Ad Situm vbi erat spectat reuersio, & prudentissimē  
absque temporis interuallo aggressiōe est caput antequām re-  
spiraret & muniret se rex Chazor, qui excitauerat omnes re-  
ges alios & fugerat à facie Iosue. Percusitq; omnē animā quæ  
erat in ea, in ore gladiū interficiēdo: nō remansit in ea anima aliqua,  
& Chazor combusserit igni. Et omnes per circumū ciuitates reges q;  
carum cepit, percusit atque delevit. lunge hanc particulam non  
cum præcedenti verbo combusserit, sed cum sequenti verbo  
cepit, nō enim scribitur quod combusserit Chazor & omnes  
per circumū ciuitates; sed quod Chazor quidem combus-  
serit, ciuitates autem per circumū & reges earum cepit.  
Vnde & hebraicē habetur. Et oēs ciuitates regū istorū & oēs re-  
ges earū cepit Iehosua & percusit eos, ore gladiū interficiēdo eos si-  
cū præcepserat Moses seru⁹ domini. hęc est eī Hebraica litera.  
Et ad hoc magis explicadū spectat subiuncta litera i vulgata  
edi-

## IEHOSVAE

editione corrupta, dicente. Absque urbibus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, ceteras succedit Israël. Nam oppositum legitur Hebraice. Tantum omnes ciuitates stantes super forte suum non combusserit eas Israël: nisi Chazor, sola ipsam combusserit Iehosua. Vbi clare vides nullam urbem istorum regum combustam nisi Chazor. Et dicitur stantes super forte suum, ad differentiam ciuitatum ve absq; muris vel semidirutarum & huiusmodi. Omnéisque prædam istam ciuitatum & inuenta diuiserunt sibi filii Israël: cunctu hominibus interfecisti. Sicut præcepérat dominus Moïs seruo suo ita præcepit Moses Iehosua: & sic fecit Iehosua, ne verbum quidē præteri ex omnibus que præcepérat dominus Moïs.

**C**Epitq; Iehosua omnem terram istam montanam & meridianam, & omnem terram Ghosen & planicem & campestrem motemq; Israël & planicie eius. Suspicio monte Israël appellati monte illū quē Iahacob dicit Genes. 48. tulisse de manu Emoræ iure belli: & ideo appellari monte Israël, tandem propriū ipsius Iahacob qui vocatus est Israël. A monte leni qui ascendit in Sebir usq; Bahal Gad in planicie libani sub mōte Chermon: & omnes reges eorum cepit, percussit & occidit. Multo tempore pugnauit Iehosua contra reges istos. ne errares putando tam cito expedita hæc prælia, quemadmodum narratū fuerat prius aliquas ciuitates captas aliquas uno die aliquas secundo die. Non fuit ciuitas quæ se non traderet filiis Israël. Corrupta est litera. Legendum est enim absque negatione intermedia, non fuit ciuitas quæ se traderet filiis Israël. Vnde & hebraicē habetur. Non fuit ciuitas quæ fecit pacem cum filiis Israël, nisi Chiunis sedentes Ghibbon. Et statim subditur, omnes ceperunt in prælio. Quia à Iehouah fuit ad roborandum cor eorum in occursum bellī cum Israël. Clare narratur in primis quod soli Ghabaonitæ petierunt pacem, & quod omnes alij prælio superati sunt: vt hinc habeatur ratio bellī iusti ex parte israelitarū etiam secundum humanæ legis rationem. ex hoc enim quod Chananæi occurrerunt ad præliandum contra Israël, manifesta patet ratio iusti bellī Israël contra eos, & propter ea redditur deinde ratio ex parte Dei roborantis cor eorum ad bellum contra Israël. Quod intellige & vt in Exodo de induratione cordis Pharaonis expositum est. quod enim interpres vocant indurationem cordis, hebraicē appellatur roborare cor. Concurrunt siquidem ad effectū istum duo: alterum negotium, videlicet negotio diuinæ gratiæ inclinantis

## CAPVT XII.

23

tis eorū ad ea quæ dei sunt. alterū positiuū: videlicet pronitas firmitatis; animi ad obuiandum israelitis tanquam hostibus. Et illud quidē est à deo negatiū: hoc autem fuit à Deo positiuū: omnis enim actio cū omni positiva conditione eius in quocūq; peccatore etiam in dæmonibus est à Deo effectuē. ut caderent & non mererentur ullam clementiam ac perirent, sicut præcepérat dominus Moïs. Hic clarè habes quod si Chananaei petuerint pacem suscipiendo cultum veri Dei non fuissent deleti, sed induratio eorum meruit deletionem ipsorum. Et hinc ut prædictimus habetur sensus decretorum diuinorum circa delendos Chananaeos absque ullo fœdere, manifestatur siquidem hinc quod de induratis Chananaeis decreta loquuntur: & ab eo de penitentibus, quales fuerunt soli Ghabaonitæ.

In tempore illo venit Iehosua, & excidit Hanacim de monte, de Chebron, de Debir, de Hapab & de omni mōte Ichude & de omni mōte Israël: ciuitatesq; cum deleuit. Non remanserunt Hanacim in terra filiorum Israël: tātum in Haza, in Gath & in Asdod remanserūt. Ex hoc quod apud ciuitates quasdam Philistinorum duntaxat remanserunt gigantes, manifestum redditur quod secundū rei gestæ ordinem Iosua cepit Chebron integrè nullo relicto tam ibi quam alibi in reliqua vniuersa terra promissionis gigante. Cepitq; Iehosua omnem terram sicut locutus est dominus ad Moïsem, & tradidit eam in possessionem filiis Israël secundum partes & tribus eorum: & terra quievit à præliis. Intellige communibus omni Israël, ad differentiam præliorum particularium aliquarum tribuum particularium. his enim peractis præliis communibus diuisa est terra tribubus Israël: & cum bona gratia Iosua & populi redierunt ad propria Reubenitæ Gaditæ & dimidia tribus Menassis, & propterea dicitur quod quievit terra à bello.

## CAPVT XII.

I autem sunt reges terræ quos percusserunt filii Israël & possederūt terrā eorum trans Iarden ad ortum solis: à torrente Arnon usque ad mōtem Chermon & omnem planiem orientalem. Sichon rex Emoreus habitabat in Chesbon, dominas ab Haroher que super ripam torrentis Arnon, & medio torrentis & dimidio Gilhad & usque ad torrentem Labboc terminum filiorum Ammon & planicie usque ad mare Chinneroth ad orientem & usque ad mare planicie mare salis ad orientem per viam Beth Iesimoth: &

ab

## IEHOSVÆ

ab austro sub Asdoto Pisghe. Et terminus Hog regis Basan de re-  
siduo Rephaim, habitanti in Hasta Roth & in Edrei. & dominâ-  
tis in monte Chermos & in Salcha & in toto Basan usque ad ter-  
minum Ghesurei & Mahachatheti; & dimidio Ghilhad termino Si-  
chon regis Chesbon. Moses seruus domini & filii Israel percusserunt  
eos deinde eam Moses seruus domini in possessionem Reubenitum &  
Gaditum & dimidio tribui Menassie.

**E**t hi sunt reges terra quos percussit Iehosua & filii Israel trans  
Iarden ab occidente à Bahal gad in Campo Libani usque ad  
montem Lenem ascendentem in Sichon: tradiditq; eam Iehosua tribu-  
bus Israel in possessionem, singulis partes suas. In monte & in pla-  
nicie & in capestri & in Asdoto & in deserto & in austro, Chi-  
theus, Emoreus, Chenabaneus, Perizetus, Chinicus & Iebuseus. Rex  
Iericho unus. Rex Hai que est et latev Bethel unus. Rex Ierusalâ-  
im unus. Rex Chebron unus. Rex Iarmuth unus. Rex Lachis unus.  
Rex Hec'lon unus. Rex Ghezer unus. Rex Debir unus. Rex Gbedur  
unus. Rex chorme unus. Rex Harad unus. Rex Libna unus. Rex Ha-  
dullam unus. Rex Maccada unus. Rex Bethel unus. Rex Tapuach  
unus. Rex chepher unus. Rex Aphec unus. Rex Lassaron unus. Rex  
Madon unus. Rex Chazor unus. Rex Simron merô unus. Rex Ach-  
saph unus. Rex Thahanac unus. Rex Megiddo unus. Rex Cedes  
unus. Rex Iochneha in Charmel unus. Rex Dor in provincia Dor  
unus. Rex Gentium in Ghilgal unus. Rex Thirzeh unus: omnes Re-  
ges triginta & unus.

**I**n hoc capitulo præter correctionem vocabulorum nihil scri-  
bendum occurrit.

## CAPVT XIII.

**I**ehosua autem seruus, venit in dies: & dixit Dominus ad  
eum, tu seruisti, venisti in dies, & terra latissima derelicta  
est que ne cum sorte dinisa est. Iuxta Hebraum ha-  
betur. & terra relicta multa valde ad hereditandum eam. signi-  
ficatur enim quod multæ terræ supereterant acquirendæ in-  
fra terminos terræ promissionis. dixerat enim deus Mosi  
quod non simul expulsurus esset gentes omnes ex terra  
promissionis, ne terra maneret inculta, & multiplicarentur  
bestiæ, quia populus Israël non erat tam multiplicatus ut  
sufficeret ad habitandum & colendum vniuersam terrâ pro-  
missionis. omnis videlicet Galilea, Philistim. Iuxta hebraum ha-  
betur. Ista terra que relicta est, omnes Provincie pelistinorū &  
totus Ghesurcus. describitur enim terra adhuc acquirenda. A flu-  
vio

## CAPVT XII.

24

rio turbido qui irrigat Aegyptum. Iuxta Hebraum habetur. A sichor  
super faciem Aegypti usq; ad terminum Hec'ron ad aquilonem  
Chenahaneo computabitur. Sichor est nomen fluminis à nigre-  
dine sumptum, & est flumen hoc diuidens inter Aegyptum  
& terram promissionis. Rinochorula appellatum à ciuitate  
Rinochorula per quam transit, quinque principes Pelistinorum,  
Hazathus Haslodeus, Escelonews, Ghittus & Hec'ronens &  
Haunim. Ab austro omnis terra Chenahaneo & Mebara que est Zi-  
donis usque ad Aphec, usque ad terminum Emorai. Et terra Ghi-  
bli & torus libanus ad ortum solis à Bahal gad sub monte Chermos,  
donec ingrediari Chamath. Omnes habitatores montis à libano usq;  
ad Misiphori aquarū, omnes Zidonios ego expellam à facie filiorū  
Israel: veniat ē in partem hereditatis Israel. Iuxta Hebraum  
habetur tantum fac cadere ipsam Israeli in hereditatem sicut pre-  
cepit tibi. Quanvis non sit acquisita tota terra promissionis.  
ac per hoc non potes ponere Israelem in possessionē totius,  
attamen fac dunitaxat & partitionē omnium partium terræ,  
ita quod facias cadere sub sortibus portionū vniuersitatisque  
tribus etiam terras acquirendas. Et propterea subditur.

Et nunc diuide terram istam in hereditatem nouę tribubus &  
dimidio tribui Menassie, noli expectare ut acquiratur tota, sed  
diuide nunc terrā. Cum ea Reubenite & Gadite acceperūt par-  
tes suas, quas dedit eis Moses seruus domini trans Iarden ad orientem,  
sicut dedit eis Moses seruus domini. Ab Haroher que est super ripam  
torrentis Arnon, & ciuitate que est in medio torrentis: & tota plani-  
cium Medba usque ad Dibon. Et omnes ciuitates Sichontegi Emo-  
rei qui regnauit in Ghesbon: usq; ad terminum filiorum Hammon.  
Et Ghilhad & terminum Ghesurei & Mahachatheti, & totum mö-  
tem Chermos & totum Basan usque Salcham. Omnia regna Hog in  
Basan qui regnauit in Hasta Roth & in Edrei: ipse remanserat de  
reliquis Rephaim: & percusit eos Moses & expulit ipsos. Non ex  
pulerat filii Israel Ghesureos & Mahachatheos: habitantiq; Ghe-  
sur & Mahachath in medio Israel usque in diem hanc. Tantum  
tribui Leui non dedit hereditati: incensum domini dei Israhel ipsum  
est hereditas eius, sicut locutus est ei.

**D**edique Moses tribus filiorum Reuben per familias eorum.  
Et sicut terminus ab Haroher qua est super ripam torrentis  
Arnon, & ciuitas qua est in medio torrentis, & tota planicie  
super Medbam. Chesbon & omnes ciuitates eius que sunt in pla-  
nicie: Dibon & Bamoth Bahal, & Beth Bahal mehō. & Lahza &  
cede-

## IEHOSVAE

Cedemoth & Mephahath, & cibahaim & Sibma & Zereth  
Sahar in monte vallis. Et Beth pehor & Afdoth Pisge & Beth Ie-  
simoth. Et omnes ciuitates planicie & omnia regna Sichon regis. E-  
tiam qui regnauit in Chesbon: quem percuisset Moses, ipsum & prin-  
cipes Mid Ia Eni & Recé & Zur & Chur & Rebah, duces Sichonis  
habitatores terre. Et Billam filium Bechor diuinatores occiderunt filii  
Israhel gladio ad interficatos eorum. Et fuit terminus filiorum Reuben  
Iericho & terminus: hec est hereditas filiorum Reuben per familias  
eorum ciuitates & villa earum.

Dedit Moses tribui Gad, filius Gad per familias eorum. Et fuit  
eis terminus Iahzer, & omnes ciuitates gilhad, & dimidium terre  
filiorum Hammon: usque Haroher quae est coram Rabbba. & Achesh-  
bon usque ad Ramath nispe & Betonim: & a machanaim usque ad  
terminum Debir. Et in valle Beth Hará & Beth mōre & Succhot  
& zaphon residuum regni Sichon regis Chesbon, Iarden & termi-  
nus: usque ad extremum maris chinnereth trans Iarden ad orientem.  
Hec est hereditas filiorum Gad per familias eorum: ciuitates & villa  
earum.

Dedit quoque Moses dimidie tribui Menassie: & fuit dimidie  
tribui filiorum Menassie per familias eorum. Fuitque terminus eorum  
a Machanaim totus Basan, totum regnum Hog regis Basan, & omnes  
ville Iair que sunt in Basan sexaginta ciuitates. Et dimidium Gil-  
had & Hastaorth & Edrei, ciuitates regni Hog in Basan, filios  
Machir filium Menassie, dimidio filiorum Machir per familias eoru. Hec  
est hereditas quam diuisit Moses in campis tribus Moab trans Iarden  
contra Iericho ad orientem. Tribui autem Leui non dedit Moses ha-  
reditatem: dominus deus Israhel ipse est hereditas eoru, sicut locutus  
est ei.

## CAPVT XLI.

**H**ac sunt qua hereditarū filii Israhel in terra chena-  
bā: qua hereditate accipere fecerūt eos Elazar sacer-  
dos & Iehosua filius Nun, & capita patrum tribum  
filii Israhel. Per fortē hereditas eoru: sicut praece-  
perat dominus per manus Moysi nouem tribubus &  
dimidia tribū trans Iarden: Leuitis autem non dedit hereditatem in  
medio eoru. Fuerūt enim filii Joseph due tribus, Menasses & Ephra-  
im: & non dederūt partem Leuitis in terra præter ciuitates ad ha-  
bitandum, & suburbana earum pro iumentis & pecoribus eoru. Sicut  
praeceperat dominus Moysi sic fecerunt filii Israhel: & diuiserūt terrā.

Accesso-

## CAPVT XIII.

29

**A**ccepserintque filii Iehude ad Iehosuam in Ghilgal, & dixit  
ad eū Chaleb filius Iephuna. Cenizus tu nosti verbum quod lo-  
catus est dominus ad Mosem virum Dei de rationibus meis & ratio-  
nibus tuis in Cades barneah. Filius quadraginta annorum erā quā-  
do misit Moses seruus domini me de Cades barneah ad explorandum  
terram: & retuli ei verbum sicut cum corde meo. Fratres autem mei  
qui ascenderunt mecum dissoluerunt cor populi: & ego compleui ire  
post Deum meum. In capitulo decimo narrata est debellatio  
Chebron facta à Iosuā: hic autem narratur modus quo pro-  
vocatus est Iosuā ad bellum gerendum contra Chebron, vi-  
delicet prouocante eū Chaleb ex iure iurado Mosis & pro-  
missione Dei. Ita quod secundum ordinem historiæ iste adi-  
tus Chaleb ad Iosuām fuit prius quam Iosuā aggredieretur  
Chebron, quia quis sit scriptus postea: quia scribitur non qua-  
tenus fuit prouocatio ad bellum, sed quatenus fuit donatio  
Chebron ipsi Chaleb. Iurauitq; Moses in die illo dicens. si nō terra  
quam calcavit pes tuus: hinc erit in hereditatem & filii tui in aet-  
ernum: quia complexi ut ires post dominum Deum meum. Et hinc cla-  
rè appetat non omnia quæ dicta sunt quāvis spectatia ad res  
gerendas, fuisse scripta à Mose: hanc enim promissio hic pri-  
mo scribitur, quæ tamen olim à Mose facta est. Et nunc ecce  
vincere fecit dominus me sicut locutus est istis quadraginta quinque  
annis ab eo tempore quo locutus est dominus verbum hoc ad Mosem,  
quibus ambulauit Israhel per desertum: & nunc ecce sum hodie filius  
of foginta quinque annorum. Adhuc sum hodie fortis sicut in die qua  
misit me Moses, sicut fortitudo mea tunc, sic fortitudo mea nunc: ad  
bellum & ad excendum & ingrediendum. Et nunc da mihi mon-  
tem istum ut locutus est dominus in die illa: tu enim audisti in die il-  
la quod Hanacim sunt ibi, & ciuitates grādes munitæ. Hinc con-  
vincitur quod iste sermo fuit ante debellationem Chebron  
factam per Iosuām. ex eo enim quod Chaleb dicit quod ibi  
sunt gigantes, & in cap. II. scriptum est quod tunc Iosuā ex-  
cidit gigantes tam de Chebron quam de reliquis terris ex-  
cepta terra Pelistinorum, manifestū est quod sermo iste fuit  
ante historias superius recitatas. Si forte sit dominus tecum &  
potero delere eos sicut promisit mihi. Iuxta Hebr. habetur. forte  
Iehouah mihi, & faciat expellere eos sicut locutus est Iehouah. Non  
excluditur per hæc verba concursus Iosuæ cū toto exercitu  
ad debellandum Chebron iuxta superius scripta: sed signifi-  
catur spes diuinæ opis intuita ipsius Chaleb, qui fideliter &

D cont.

## IEHOS VAE

constanter adhæserat Deo contra alios exploratores & rebellem populum.

Benedixit ei Iehosua: & dedit Chebron Chaleb filio Iephune in hereditatem. Propter hoc fuit Chebron Caleb filio Iephune Cenizeo in hereditatem usque ad diem hanc: pro eo quod cōplicuit ut iret post dominū Deū Israel. Ecce ratio quare hoc in loco quia agitut de diuisione terre, recitatius est iste aditus Chaleb ad Iosuam. Nomen Chebron ante vocabatur Ciriath Arbah, Adā maximus ibi inter Hanacim situs est. Expositoris officio functus est interpres: & occasio fuit fabellae q̄ Adam primus pater sepultus est in Chebron, nā iuxta Hebr. habetur. Et nomen Chebron antea Ciriath Arbah, Adā magnus in gigantibus ipse. Manifestū ē Hebraica litera exponit quis fuerit Arbah, dicēdo Adā nō gnus in gigantibus ipse, nā Adā Hebraicē dicitur, latine h̄ mo: & significatur q̄ Arbah à quo Chebron denominata est ciuitas Arbah, fuit homo magnus inter gigantes. & terra cessauit à praeliis. Repetitio huius sententiae scripta in capitulo vndecimi capituli, facta est ad insinuandum quod vñfarsus iste sermo fuit ante illas res gestas post quas scriptum est & terra cessauit à bello.

## CAPVT XV.

T fuit sors tribū filiorum Iehude per familias eorum: ad terminum Edom deserti Zin ad austrum ab extremitate austri. Fuitq; eis terminus meridies ab extremitate mari salini, à lingua qua respicit ad meridiem. Egrediturque à meridiem ad ascēsum scorpionum & transibit in Zin, & ascendet à meridiem in Cades baneah: & transibit Chezon, & ascendet in Adar, & circumibit in Carcahab. Et transibit in Asmon & egreditur ad torrentem Aegypti. & erunt egressus termini ad occidentem: hic erit vobis terminus meridiana plage. Et terminus ad Orientem mare salis usque ad extremum Larden: & terminus anguli Aquilonaris à lingua mari, ab extremitate Larden. Ascēdetque terminus in domū Chogle, & transibit ab Aquilonem ad domū Harabe, & ascendet terminus ad lapidem Boh in filij Reuben. Ascēdetque terminus in Debir à valle Hachor & ad Aquilonem respiciens ad Ghilgal, qua est contra ascēsum Adamnim, qui ab austro torrenti: transibitque terminus ad aquas fontis solis, & erunt exitus eius ad fontem Rogel. Et ascendet terminus vallem filij Hinnom ad latus Iebusi: à meridiem, h̄c est Ierusalem: ascendetque terminus ad verticem montis qui est super faciem vallis Hinnom ad Occidentem, qua est in extremitate vallis Rephaim ad Aquilonem. Et descendet terminus à vertice montis ad fontem

aque

## CAPVT XV.

26

aqua Nephiboch, & egreditur ad ciuitates montis Hepbron: & descendet terminus ad Bahal, ipsa est Ciriath Ieharim. Et circumibit terminus de Bahala ad Occidentem ad montem Schir & transibit ad latū montis Ieharim ab Aquilonem, ipsa est Chesalon: & descendet in Beth seimes & transibit ad Thimnath. Et egreditur terminus ad latus Hebron ad Aquilonem, & descendet terminus in Sichron & transibit monte Bahala & egreditur Labneel: exinde exiit terminus ad mare. Et terminus occidentis ad mare magnum & terminus: iste terminus filiorū Iehude per circumitu per familias eoru.

**C**halebque filio Iephunna dedit partem in medio filiorum Iehude sicut præcepérat dominus Iehosua: Ciriath Arbah patris Hanac, ipsa est Chebron. Arbah quem superius descripsit hominem magnum in gigantibus, modò describit patrem gigatum: multi enim gigantes ex eo nati insinuantur, & præcipue famæ inter gigantes. Expulitq; inde Chaleb tres filios Hanac: Sesai & Achiman & Thalmai, natos Hanac. Quod in capitulo attributum fuit Iosuā, sic attribuitur Chaleb. Et vt rūque est verum: quoniam Iosuā debellauit gigantes tanquam imperator exercitus, Chaleb vero tanquam caput illius aciei quæ aggressa est Chebron. ipse enim erat unus principiū & populi & exercitus. Et quia ei fuerat dono data Chebro, id est ipse primus cū portione exercitus sibi credita aggressus est Chebron & debellauit eam. & propterea tanquam speciali capituli illius Cunei attribuitur ei h̄c victoria.

Ascēditq; inde ad habitatores Debir: & nomen Debir antea fuit Ciriath Sepher, id est ciuitas literarum. Dixitque Chaleb, qui percesserit Ciriath Sepher & ceperit eā, dabo ei Hachsam filiam meam in uxorem. H̄c verba intellige dicta à Chaleb tanquam à speciali capite illius aciei, & quia res eius agebatur. Cepiroq; eā Hothniel filius Cenah frater Chaleb junior. Sup erfluit, junior. & dedit ei Hachsam filiam suam in uxorem. Non est prohibitum in lege Mosis coniugium inter patruum & neptem, quanuis sit prohibitum coniugium inter amitā & nepotem. & propterea nihil contra legem Mosis actum est in coniugio isto. Et fuit cum ipsa veniret, sedisit ei ut peteret à patre suo agrum, suspiransque sedens in asino. Iuxta Hebreum habetur. & confixit se de super Asinum. Motus enim quidam tanquam cadētis ex integrō velut lāguentis de Asino significatur. finxit enim mulier per hunc motū se lāguere, & permisit seipsem cadere totā simul de Asino, ita quod tanquam cōfixa fuit in terra. & propterea

D ii subditur

subditur. dixitq; ei Chaleb quid tibi? subaudi accidit ut sis immobilis in terra, tanquam cōfixa in terra. Et dixit, da mihi benedictionem, quia terram australē & aarentē dedisti mihi, iunge & irrigua. Iuxta Hebræū habetur, da mihi fontes aquarum. Et statim subditur. & dedit ei fontes superos & fontes inferos, ut vniuersus ager irrigari posset. Ista est hæreditas tribus filiorū Iehude per familias eorum.

**F**Veriōq; ciuitates ab extremo tribui filiorum Iehude ad terminum Edom in meridiē: Cabseel & Heder & Iagur. & Cina & Dimona & Hadhada. & Cedes & Chazor & Ishnam. Ziph & Telen & Behaloth. & Chazor Chadathha, & Civrob Chezon, ipsa est Chazor. Amam & Semah & Molada. & Chazar Gadda & Chesno & Beth palet. & Chazar Suhal & Beer Sah & Bizioth ia. Bahala & Hium & Hazē & Elbholad & C. fil & Chorma. & Ziclag & Madmannā & Sansanna. & Lebaoth & Silehim & Hain & Rimmonoē ciuitates vigintinouē & villa earum. In planicie, Eshbaol & Zarba & Asna. & Zor-sch & Hen gānim, Thapuach & Henā. Iarmuth & Hadulām, Socho & Hazcea, & Saharim & Hadithaim & Ghedera & Gederothaim ciuitates quatuordecim & villa earum. Zenam & Chadaja & Migdal gad. & Dilham & Mizpe & Iothheel. Lachis & Bazezeth & Heglon. & Chabbon & Lachmas & Chiribis. & Gedroth, Beth dagon & Nahama & Macceda: ciuitates sedecim et villa earum. Libna & Herther & Hasan. & Iaphiach & Asna & Nezib. & Chila & Achrib & Maresa: ciuitates nouem & villa earum. Hecron & filia eius & villa eius. Ab Hebron & ad mare, omnes qua super manū. Asdod & villa eius & villa eius. Haza & filia eius & villa eius vsq; ad terminum Aegypti: & mare magnum & terminus. Et in mōte, Samir & Latbir & Soche. & Danna & Ciriath sanna, ipsa est Debir. & Hanab & Eshemo & Hanim. & Gosen & Cholon & Gilor ciuitates vndeceim & villa earum. Arab & Duma & Eshan. & Ianum & Beth tapuach & Apheca. & Chumta & Ciriath Arbah (ipsa est Chebron) & Zibor: ciuitates nouem & villa earum. Mahon, Charmel & Ziph & Iuta. & Izchel & Iodeham & Zanoach. Cain, Ghibba & Thimma: ciuitates dece & villa earum. Chalchul, Beth Zue & Gedor. & Maharah & Beth hanoth & Elthecon: ciuitates sex & villa earum. Ciriath Bahal (ipsa est Ciriath Icharim) & Harabbah: ciuitates due & villa earum. In deserto, Beth harabbe, Middin & sechacha. & Nibsan & ciuitas Salu & Henghedi: ciuitates sex & villa earum.

**E**T Iebuseos habitatores Ierusalaim non potuerunt filij Iehude expellere, habitauitq; Iebuseus cum filio Iehude in Ierusalaim usque ad diem hunc. Quæstio ocurrat: eo q; Ierusalem nō comprehendebatur sub sorte Iudæ, sed sub sorte Beniamin, & tamen in litera attribuitur Iudæ nō valuisse expugnare Ierusalem & habitasse simul in Ierusalem cū Iebuseis filios Iude.

Solutio est, quod collatis itis cum scriptis inferius cap. 18. apparat q; Ierusalem in duarū tribū fortis cecidit: videlicet Iudæ & Beniamin (nō pro indiuiso, sed secūdū diuersas partes eius) propter diueritatē vt reor funicularū seu linearum relatiuē ad plagas cœli. Notabilis siquidem disparitas quæ oriebatur inter lineas diuisorias si totus ambit⁹ Ierusalē sub una comprehensus esset linea diuisoria, occasio videtur fuisse vt particula cū dā Ierusalem in sortem suppata fuerit Iudæ. Dico autē particula, quia principaliter cecidit sub sorte Beniamin, cuius signum est, quia simpliciter & absolutè Ierusalem suppatur in sorte Beniamin: vt clarè patet inferius cap. 18. Cauia autem quare filii Iudæ non valuerunt expellere Iebuseos de Ierusalem sed simul habitauerint in ea (proculdubio ex condito) scripta non est authenticæ.

Xiiiōq; fors filii Ioseph à Iarden Iericho ad aquas Iericho ab Oriente desertū ascendēs de Iericho in montem Bethel. Et exhibit de Bethel in Lux & trāsbit ad terminū archi Hārōth. Et descendat ad Occidentē ad terminū Iaphleti vsq; ad terminū Bethchoron inferiorem & vsque ad Ghazer: cruntq; exitus eius ad mare. Et hæreditauerunt filii Ioseph, Menasses & Ephraim.

Et fuit terminus filiorū Ephraim per familias eoru&: & fuit terminus hæreditatis eoru& ad Orientē Hatroth Addar, vsq; ad Bethchoron superiorē. Et exhibit terminus ad mare Michmethath ab Aquilone, & circuibit terminus ad orientē Thaanath silo: & trāsbit ipsum ab oriente ad Ianocham. Et descendat à Ianocham in Hatavoh & Naharoh: & perueniet in Iericho & exhibit ad Iarden. A Tapuach ibit terminus ad mare torrentis arundinis, & erit exitus eius ad mare: hæc est hæreditas tribus filiorum Ephraim per familias eorum. Et ciuitates separatae filii Ephraim in medio hæreditatis filiorum Menassie: omnes ciuitates & villa earum. Intellige nō quo ad proprietatem sed quo ad sitū ciuitates aliquas Ephraim in medio Menassis, nō enim ablatae sunt à Menasse & datae Ephraim, sed sitae describuntur inter terminos Menassis hinc & inde: vt in capitulo

ptulo sequenti manifestari videtur.

**E**t non expulerunt Chenahaneum habitantem in Gazer: habita-  
uitq; Chenahaneus in medio Ephraim usque ad diem hanc, & fuit  
tributo seruens. Author istius libri iunxit gesta post mortem  
Iosuæ gestis viuente ipso. hæc enim de seruitute sub tributo,  
post mortem Iosuæ facta fuisse patet ex eo quod Iosua non  
est transgressus diuina præcepta.

## CAPVT XVII.

**T**suit fors tribui Menassii, quia ipse fuit primogenitus Ioseph:

**E** Machir primogenito Menassii patri Ghilhad, quia ipse fuit  
vir bellicosus, & fuit ei Ghilhad & Basan. Fuitq; filius Me-  
nassii reliquis per familias eorum filius Abihazez & filius Cheleb, & fi-  
lius Asriel, & filius Seche & filius Chepher & filius Scaïdah: isti sunt  
filii Menassii filii Iosephi mares per familias suas. **M**achir filius Ghilhad si-  
lio Chepher filius Ghilhad filius Machir filius Menassii non fucrū filius sed  
filia: & ista sunt nomina filiarum eius, Machla & Noba, Chogla, Mil-  
cha & Thirza. Et accesserunt in conspectu Elazar sacerdos & Ieho-  
sua filius Nun & principiū dicendo, dominus præcepit Moysi ut daret no-  
bus hereditatem in medio fratrum nostrorum dedicante eis iuxta sermonem  
domini hereditatem in medio fratum patris eorum. Et occidérunt su-  
niculi Menassii decem; præter terram Ghilhad & Basan que sunt  
trans Iarden. Filie enim Menassii hereditarum hereditatiē in me-  
dio filiorum eius: & terra Ghilhad fuit filiis Menassii reliquis.

**F**uitq; terminus Menassii ab Aser Michmethath super faciem Se-  
chem, & ibit terminus ad dexteram ad habitatores sonis Tapnach.  
Menassi fuit terra Tapnach: & Tapnach ad terminum Menassii  
filius Ephraim. Descenditque terminus ad torreum arundinum ad me-  
ridiem torrenti, ciuitates iste erant Ephraim in medio ciuitatū Me-  
nassii: & terminus Menassii ad Aquilonem torrenti, & fuit exitus  
eius ad mare. Ad meridiem Ephraimo & ad Aquilonem Menassii,  
& fuit mare terminus eius: & in Aser contingit se ab Aquilone &  
in Isaschar ab Oriente. Fuitq; Menassi in Isaschar & in Aser Beth-  
sean & filia eius & Libcham & filiae eius, & habitatores Dor &  
filiae eius & habitatores Hedor & filiae eius, & habitatores Tabana-  
nac & filiae eius & habitatores Megiddo & filiae eius: tres provin-  
cie. Et nō potuerunt filii Menassii hereditare ciuitates istas: copiæ  
Chenahaneus habitare in terra ista. Hoc ad literam verificatur  
tempore Iosuæ: iam enim scriptum est superius quod magna  
pars terræ supererat acquisienda postquam cessauit cōmune  
bellum. Ideo enim attribuitur filiis Menassii nō valuisse ex-  
pellere

pellere Chananeum intra terminos sortis suæ habitantem,  
quia finitis cōmunitibus bellis supradictis data est vnicuique  
tribui sua pars cum cura acquirendi quicquid intra sortem  
suam acquirēdum supererat. Postquam autem convalescerunt filii  
Israel, fecerunt Chenahaneum tributarium, & expellendo non ex-  
pulerunt eum. Hoc fuit secundum historiam post mortem Io-  
suæ, tunc enim etiam filii Menassis transgressi sunt præcepta  
Dei, non expellendo Chananeos à sorte sua, sed malentes  
eos sub tributo.

**L**Ocuiq; sunt filii Ioseph ad Iehosuam dicendo: quare dedisti mihi hereditatē sortis unius & partim unā, & ego populus mul-  
tus usquequo sic benedixerit mihi dominus? Ad quos Iehosuas ait, si  
populus multus es ascende tibi in sylam & succide tibi ibi in terra  
Perizei & Raphaim: quia angustus est tibi mōs Ephraim. Hinc clara  
apparet quod questio erat non de paruitate terræ datæ  
Ephraim, sed de paruitate terræ habitatæ simul & acquisitæ.  
montem enim Ephraim acquisierat, sed quia sylvestris erat,  
nō erat tunc habitabilis, propterea Iosua dicit eis ut succi-  
dant sylvas & reddat terrā habitabilem. Dixerintque filii Ioseph,  
non poterimus ad montana cōscendere. Iuxta Hebrei habetur,  
non sufficiet nobis mons. Replicant filii Ephraim allegates duo.  
alterum quod mons non sufficit eis: alterū quod pars sortis  
eorū in planicie est valde munita & fortis sub potestate Cha-  
nanæorum habitantium ibidem, nam iuxta Hebreū subiungit  
statim copulatiue, & curras ferri in omni Chenahaneo ha-  
bitante in terra vallis, cui in Bethsean & filius eius & cui in valle  
Ixrehel. Vnde & Iosua ad utrumque respondet.

**D**ixiūq; Iehosua ad domū Ioseph, Ephraimo & Menassi dicendo:  
populus multus es & fortitudo magna es tibi, non erit tibi fors una.  
Ex multitudine & fortitudine satisfacere intēdit. ex multi-  
tudine quidē cōsentit q; eis nō sufficit fors una nisi extēda-  
tur ad occupanda finitura acquisitæ & habitatæ terræ, non  
enim intendit dare tribui Ephraim de sortibus aliarum tri-  
buū, sed cōsentire q; sola fors quo ad terrā acquisitā & habi-  
tatā nō sufficit eis. Hūc enim esse germanū sensum testantur  
subiuncta remedia à Iosua duo. Alterum, Sed transibis ad mon-  
tem. Iuxta Hebreum habetur. Quia mōs erit tibi, quia sylva ipse  
& succides ipsam. Hoc est primum remedium ad exten-  
di sortem, ut quia multi & fortes sunt, reddant montem ha-  
bitabilem. Alterū est. Et poteris ultra procedere cum subuerteris

Chananeum quem dicas ferreos habere currus & esse fortissimum. Iuxta Hebreum habetur. & erunt tibi exitus eius, quia expelles Chenanæum, quod currus ferri est, quod fortis ipse. Non est visque quaque clarum an per exitus significantur prouetus seu fructus exeentes ex morte iam culto, an fructus libera terminorum sylva iam succisa significetur. Quicquid autem significetur, ad primum spectat remedium: clarum enim est quod remedium secundum est futura debellatio Chananei etiam quod habeat currus ferreos & sit valde fortis. Et hoc ex fortitudine populi promittit. Ex his autem duobus remediis consistentibus in extensione cultæ terræ & habitatæ, manifestatur quo sensu dixerit Iosua tribui Ephraim non erit tibi fors vna, hinc enim claram patet quod non de numero fortis, sed de qualitate fortis quo ad terram habitatam acquisita est sermo.

## CAPVT XVIII.

On congregati sunt omnes filii Israhel in Silo. Plus dicitur

C iuxta Hebreum, nam tota Syria goga filiorum Israhel congregata in Silo describitur. Et significatur quod vniuersitas populi cum mulieribus & parvulis ex Ghalgalis venerunt in Silo, ut Iosephus dicit anno sexto à transitu iordanis. Est autem Silo ciuitas in forte tribus Ephraim, ex qua tribu erat ipse Iosua. ibique fixerunt tabernaculum testimoni. Parui refert quod Hebraicè habetur. & fecerunt castrametari ibi tentorium adunationis. Ad significandum quod non militares viri duntaxat sed vniuersus cœtus populi migravit in Silo, non qualiter cinque, sed firmando tabernaculum Dei ibidem apponuntur haec. & pars fuit ut in forte principis locaretur diuinus cultus. & fuit eis terra subiecta. Iuxta Hebreum habetur. & terra acquisita fuit in faciebus eorum. Et est prouculdubio sensus quod terra iam acquisita erat liberè ac pacifice in potestate eorum. an autem significetur etiam quod terra acquisita erat in prospectu existentium in Silo, affirmare non audeo.

R emanserantque in filiis Israhel que non acceperant hereditatem suam, septem tribus. Dixitque Iehosua ad filios Israhel usquequo vos pigritamini ad ingrediendum, ut possideatis terram quam dedit vobis dominus Deus patrum vestrorum? Eligite vobis tres viros per tribum: & mittam eos, & surgent ac ambulabunt per terram. Due tribus & dimidia habuerant fortis suas trans Iordanem à Mose: duæ quoque aliae tribus & dimidia (vide-

licet

licet Iudæ Ephraim & reliqua medietas Menassis) habuerat fortis suas à Iosua. Et istæ impigrae ac fortis iuerant ad poscidendum fortis suas: septem autem tribus exclusa tribu leuitica, neglexerant ire ad accipiedum possessionem fortium suarum. & propterea Iosua in Silo castratus arguit eas pigritæ: & disponit ut ex singulis earum eligantur tres vii ad considerandum & conferendum partes terræ inter se, ut diuisio careret iniuitate nec relinqueretur locus quiete. & describent eam iuxta numerum vniuersitatis multitudinis, referentque ad me quod descriperint. Iuxta Hebreum habetur. Scribent eam in ore hereditatis eorum, & venient ad me. Metaphorice transferunt os ad hereditatem. & est sensus ut diuidendo terram in septem hereditates, describant cuiusque hereditatis partes in unicum coharentes, ut omnes singulæ hereditatis partes ad sint tanquam in ore ipsius hereditatis existentes. Et diuidit vobis terram in septem partes: Ichuda stabit super terminum suum à marie die, domus Ioseph stabunt super terminos suos ab Aquiloni. Vosque describetis terram in septem partes, & venietis ad me huc: & iaciāt vobis sorte hic coram domino Deo nostro. Non enim est pars Leuiti in medio vestri, quia sacerdotium domini est hereditas eorum: Gad autem & Reuben & dimidia tribus Menassis acceperunt hereditatem suam træ Iarden ad Orientem, quam dedit ei Moses servus domini.

Cumque surrexisserint viri ut pergerent ad describendum terram, præcepit eis Iehosua dicens: circumuite terram & describite eam ac reverterimini ad me, & hic iaciam vobis sortem coram domino in Silo. Per reverterintque viros & transferunt in terram, & describerunt eam per ciuitates in septem partes in libro: & reuersi sunt ad Iehosuam ad castra in Silo. Et iecit eis Iehosua sortem in Silo coram domino: diuisitque terram filii Israhel in septem partes. Si queritur quomodo seruatū est præceptū diuinū scriptū Num. 26, pluribus maiorem partē dabis & paucioribus minorē, nā si partes septem descriptæ erāt ab illis missis ad diuidendum terrā, & postea sorte partes illæ datae sunt, nō seruabāt diuinū præceptum videntur pluribus maiorem partē. ita enim pars maioris partis cadere poterat super pauciores sicut super plures. Solutio est quod quia diuina illa lex pro pace inter trib⁹ decreta est, potuit de cōsensu partium absque diuinæ legis iniuria renunciari beneficio illius legis, accedēte autoritate principis. vi sum est enim Iosua & populo sic expedire communi bono:

quia